



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-79988-p0001-6

DFG



702









## Jubiläa:

1. Kirchmaier, Ge. Guili., progr. De admiranda academiae Witteberg. origine, orat. De singulari providentia Divina in Augustum I reg. elect. Wtbg. 1716.
2. Ziegler, Casp., progr. (De rationibus Friderici Sapientis quod in usbe Wittebergia academiae locum dedit.) Wtbg. 1687.
3. Hannius, Aegid., Oratio in qua praedicantur beneficia Dei in acad. Witteberg. collata, cum prius beneficium repurgatae. doctrinae evang. Wtbg. 1602.
4. Neumann, Joh. Ge., progr. (De regum Sueciae meritis in acad. Wittebergensem. Wtbg. 1706.
5. Hannius, Egid., Venedictus von den Jubiläen der Univ. Witteberg. Wtbg. 1602. Programma facult. philos. in solennitate acad. jubilæa. Wtbg. 1602.
6. Das Jubiläum u. seoflori udn Witteberg. 1702.
7. Das neuerwante u. seoflori udn Witteberg. (1702).
8. Das neuerwante u. seoflori udn Witteberg. (1702).
9. Gleich, Joh. Andr. Lob- u. Pfadkunst-Tafel wegen zwanzig Öffnungs-Jahrs des Jubiläums zu Ende August II u. die Univ. Witteberg. 1801. 1702. Druck. Witteberg 1702.
10. Das Jubiläum neuerwantes zwanzigsten u. Witteberg. 1702.
11. Das Jubiläum zwanzigsten Jubiläum Lutheranum auf die Universität Witteberg vollständig vorbereit. Wtbg. 1717.
12. Weickmann, Joach. Sam., To Dror in Sacra religiosa - commentatione altera colit. Wtbg. 1755.
13. Deutschmann, Joh., Templum omnium Sanctorum. Wtbg. 1696.
14. Pözel, Cip., Chriß. Formularia sacramentorum. Druckprägung nach Kupfer in den Kirchen zu Witteberg ausgezogen wird. Aus den Schriften Melanchtonis zum primum agnoscere. Wtbg. 1573.

15. Geier, Mart., Inauguratione gabrieli von Grafschaften in S. Univ. Lipsi. Mittag. v. 1.
16. Boden, Benj. Gli. Laur., Viteberga restituendo Lutheri templo florentior. Wtbg. 1711.
17. Endruck der Constitution u. Ordinal des Ordens; Constitutio qd. Willa eberi  
sum Lübecki u. nadere gestellat 1542. Faust 1566.
18. Hammer, Ge. Fr., praes. fo. Adam. Calo, disp. hist. commemorans Criptocalvi-  
nianos qui post obitum Lutheri Vitembergam turbarunt. Wtbg. 1711.
19. Statuta de Cff. S. P. Convictorii auf S. Univ. Wittenburg. v. 3.
20. Statuta der Univ. Wittenburg. von gebrauchte. Lübeck. (1696.)
21. Foundation der Wittenburg. u. Wittenburg. Fidei v. S. Univ. zu Wittenburg. 1696.
22. Cöler, Joh. Chp., De Gli. Wernsdorfii meritis. Wtbg. 1719.
23. Böler, Benj., De professore professorum in acad. Vitembg. (i.e. Walther).  
v. l. & a. (1740).
24. 25. Boehmer, Ge. Rud. et Weickmann, Joach. Sam., progr. acad., De laude  
orthodoxiae Vitebergae retinenda.) Vitbg. 1767. 1768.
26. 27. Langguth, Ge. Aug., et C. Dan. Freyberg, progr. acad. (Vitemberga cestare  
qinens Doctrinae). Vitbg. 1771. 1772. [No. Notis aucti. des Ponit. Haber. qd.  
i. ad. doct. Jo. Fr. Hiller].
28. Verügnun; ista Wolfgangus von zu nunt' bei die Unionus. Wittenburg. qd. lipp.  
Inventu. Chronolog. ipsa u. Beneficii. Wittenburg. 1708.
29. Winckler, Joh. Jos., Arcanum Regium. Sicut hui uantigitur. Wittenburg.  
v. O. 1703.
30. Wernsdorf, Gli., progr. (De constituis in Lutheri cathedrali et acad. Wittenberg.  
coniectis). Wtbg. 1610 (i.e. 1710).
31. Magister uon Hoyer zu Faust zu. Wittenburg. Mönch u. u. S. i.  
brachwag. v. O. 1725.

12. (f. n. 240.) Taubman, Fr., *Oratio ex more collegii philosophici Wittebergi.*  
festo 13. Catharinae habita. Wtbg. 1526.

In die theolog. Prædicationem zu Wittnburg genannte R. retinuerit. Ablösung der reichen  
Institutionen mit großer und ungemeiner Litteratur. Wtbg. (1753.)

Mönche Wittnburgi. oder maxima pars monachorum Wittnburgi. Königl. Knig.  
höf. Knig. Joh. Walther von Werner aus Wittnburg. Knig. 1729.

Wernsdorf, Gli., progr. (*De Cosma et Damiano tutelaribus et patronis facultatis*  
*medicae in acad. Witteberg.*) Wtbg. 1717.

Boerner, Fr., *De Cosma et Damiano artis medicae tutelaribus.* Hem. 1720.

Zangguth, ge. Aug., progr., *De plena & v. pœcum museo acad. nuper edita.* (Wtbg. 1720.)

Xatér, Abt., *Catalogus plantarum. in primis exoticarum.* horti acad. Witteberg.  
Wtbg. 1721.

Zangguth, ge. Aug., *Hortus academ. Witteberg.* (carm.) Wtbg. 1748.

Taubmann, Fr., *Solenne festum collegii philos. in acad. Witteberg.* vern. celebratum.

a. 1597 us 1598. Wtbg. 1598. (q. n. 32.)

Čalo, Jo. Adam, progr. (*De professoribus Wittebergensibus apud idem*  
Wtbg. 1711.

Leges docentium et disputantium in acad. Witb. Wtbg. 1603.

13. Wtbg. 1703.

14. Wtbg. 1713.

15. Wtbg. 1605.

16. Jessenskiij de his Jessen, Dan., *Colossus anagrammaticus ex nominibus*  
*illustris ad Albinum academie.* Wtbg. 1703.

47. Bochmer, Ge. Rud., progr. (Weyrauchi renovata memoria). Wittg. 1779.
48. Leonhardi, Joh. Gfr. progr. (laus illustrissimae comitis de Kornfahl gentis Zinendorffinae) Wittg. 1786.
49. Wernsdorf, Fr. progr. (de meritis Valerianis in academiam Wittgs.). Wittg. 1787.
50. Schwarz, Chr. Ge., Norimbergensis de inclusa aca. Wittg. bene meritos recensere pergit. Altorf. 1715.
51. Schwarz, Chr. Gl., progr. (De Viti Ditterci et Laur. Durnhoferi meritis in alias academias [Nitebergensem]). Altorf 1716.
52. Studienbau zu den wine qualaten- dñstigen Partieen zu Haidnaburg, wozu  
zinnen in Winkeler und ionischen und dorischen (drei Vorfragen von Kleist  
in Lümin). v. O. 1768.
53. (Vertel, Heinr. Gottlieb), Aufbewahrte Elisen, wegn u ifrac. Säjum, die sich auf einen  
Gedenktag zu sanden willt und. (Görlitz 1788.)
54. Winckler, Joh. Jos., Arcanum regium Suu et dum conscriptum Mittauburg. v. O. 1788.
55. Mehalo Fidus, Sonnbor-Echo, den wine Mäzen. Säjum in ifrac. Kranzcu u Kranz  
fügnis. Mittaub. 1678.
56. Plumberg, Chr. Gottlieb, in foach. herh. Ramum studiosum ramo arboris ses-  
alligantem. v. O. 1688.
57. Nruno, Jordanus, Nolanus, Oratio valedictoria. Wittg. 1588.
58. Duo scripta aca. Wittg. contra Conr. Schlusselburgium et Alb. Schir-  
merum. Wittg. 1568.

4  
W. 33.  
De rebus suis Fidei sap. quod in vte  
Wittbergae Academie latae dedit  
D. 201.

FACULTATIS JURIDICÆ

Decanus

idemque

Ordinarius

CASPAR  
ZIEGLERUS,

J. U. Doct. Consiliar. Elector.  
Saxon.

*Lectori Benevolo*

S. D.

2.



Ogitanti & disqvirenti mecum sæ-  
penumero, qvid rationis habuerit Sere-  
nissimus PRINCEPS ELECTOR olim,  
qvod in Urbe hâc Wittebergâ Academiæ  
â se destinatæ locum dederit, plurima in  
mentem veniunt, qvæ exqvisitis argu-  
mentis discutere nunc haud licet. Stu-  
diis non alias accommodatas & convenientes esse sedes, nisi  
qvas ipsa natura salubres, ab omni turbâ remotas, amœnas, &  
tùm cœlo, tûm solo benigno præstantes fecerit, una omnium,  
qvi isti negocio leges dederunt, est sententia. Athenienses, à  
qvibus omnis literarum claritas effulsit primùm, de Urbis suæ  
amœnitate gloriabantur, propter eam etiam inter deos cer-  
tamen fuisse ; & tamen cùm scholis publicis certa constituën-  
da essent spacia, non ea inter ipsa Urbis pomoeria esse volue-  
runt, sed Platonii civi suo locum nemorosum, suburbanum,  
quem Academiam dixerunt, eoqve in fata concessò, gymnaſi-  
um suburbanum aliud Aristoteli, aliud Zenoni, Epicuro au-  
tem hortum dederunt. Nec verò alia mens fuit eorum, qvi  
Musis Heliconem & Parnassum montes perpetuò virentes,  
suâqve amœnitate valdè commendatos tribuerunt, qvive  
Thessala tempe, Peneumqve fluvium & Ossam montem præ-  
sentes sibi exoptarunt, si qvando ingenii fœtum aliquem edi-  
turi essent. Præstat enimverò aliquando post devorata haud  
pauca vitæ negotiosæ, molestæ & difficilis fastidia â curis ur-  
banis in securos secretosqve ruris recessus abire, ubi nec ope-  
rosa lubrici fori negocia, nec populi discurrentis strepitus im-  
pedimento sunt, ubi nullus ambitioni, avaritiæ, simultati,

am-

4

æmulationi vel odio locus est, ubi liberum, firmum & aptum  
recreando animo otium haberi potest, qvale in Tusculano &  
Phormiano suo laudavit Cicero, in Laurentino Plinius, in Sa-  
bino Flaccus. Qvam dispar verò, & qvam longè alia est Wi-  
tebergæ nostræ conditio! qvanta rerum omnium facies di-  
versa! Terra arenosa est & arida, ager sterilis & sabulosus, so-  
lum crudum & alicubi inundationibus obnoxium: cœlum,  
plerumqve pluvium aut nubilosum: cives & incolæ inficiet  
partim, partim inertia & torpedine fatiscentes, nonnulli eti-  
am illuvie atqve squalore ita obsiti, ut intra pomœria sterco-  
rationem facere videantur. Extra urbem nec villa est amœ-  
nior, nec viridarium aliquod paulo cultius, in qvod ubi mu-  
sæ fastidium ceperit, secedere, & tamen animi qvam corporis  
lassitudinem ex gravioribus studiis contractam recreare & in-  
genium relaxare queas. Cibum si examinaveris, ille qvidem,  
nisi ex coquinæ sordibus qvid attraxerit, bonus est satis, sed  
potus ad animi atqve ingenii motus excitandos parum aptus,  
& omnino talis, qvem Julianus Imperator Βεγμον diceret;  
præter meritum tamen ex vernaculâ nominis ignominia in-  
famis. Etsi verò talia hîc non occurrant irritamenta, qvæ  
delitiis suis sufflaminare cujusqvm studia & attrahere ad se  
juvenum animos queant; alia tamen invitâ subinde se in-  
gerunt contrariæ prorsus & adversæ indolis impedimenta, bo-  
nis omnibus molesta & valde injucunda. Ecce enim vide-  
bis quotidie porcetas hinc inde discurrentes, pecudesque  
similes alias secum ducentes, qvibus anima data pro sale fuit,  
ne putresceret. Qvibus ne carere aliquando cives contin-  
gat, magno numero ex agro adducuntur aliæ haud paulo in-  
civiores; atqve illæ, qvod adsufieri illico urbanæ conver-  
sationi nequeant, multo & incondito clamore, dum venum  
exponuntur, indignationem suam produnt, & grunniunt suæ  
Studiosorum cerebra tantum non excutiunt. Nec aliter

ꝝ 2

verò

verò placari queunt lares hujus loci grundules, nisi delicata  
hāc, & si credere fas est, cum homine quasi natā & præ cæte-  
ris valdè æstimandā victimā. Nosque hinc persvaderi oportet,  
ingentes istas molestias carne tām svavi & variis condi-  
mentis aptissimā, tūm & qvinqaginta & amplius ex eā missi-  
bus obsodædalorum arte excogitatis compensari. Nec verò  
dissentirem ego, nisi diurnos istos inertissimi animalis grun-  
nitūs nocturni ex æmulatione exciperent clamores alii ma-  
gis horrendi, truciique & dissono cantu suffarinati. Qvos  
qvidem in harā contineri atqve inter simeta coërceri satiūs  
esset, qvām inter humanitatis Studiosos audiri.

- - - - ή γάε ή κύων κυνί<sup>α</sup>  
Κάλλισον ἐμόθ Φαινεται, ή Βῆς Βοή.  
Οὐ Θε τ' ὄνφ καλλισον, οὐ δὲ τῷ σοὶ.

Videbis porrò carnarium unum, post alterum non uno latra-  
tore molocco, sed turbā stipatos, qvibus miseræ oviculae ad la-  
nienam ductæ feralia facere & magno circumcursantium  
clamore parentare solent. Hæc & alia ejusmodi plura sunt  
illa oblectamenta animorum & lenocinia atqve illecebræ, si  
diis placet, qvæ invitare ad se humaniorum literarum ama-  
tores queant. Et certè produnt historiæ, FRIDERICUM  
ipsum SAXONIÆ ELECTOREM, cum de Academiâ conden-  
dā animum induxisset, valdè dubium fuisse, que in ei locum ido-  
neum destinaret. Communi Electorum consensu monente  
ita MAXIMILIANO I. in comitiis apud Vangiones celebra-  
tis qvisque eorum novum Athenæum in territorio suo ex-  
truere receperat. Paratus erat FRIDERICUS, sed habebat  
de loco, & Mellerstadii consilium Wittebergam nominantis ri-  
su excipiebat, qvod lutosis & stramine tectis paucissimisqve  
constaret tuguriolis (talis enim tūm temporis fuit) totaqve  
arenis immersa esset sterilibus ac profundis. Sed cum Mel-  
lersta-

4

lerstadius in sententiâ perstaret, & hanc Academiam luce  
suâ cæteras omnes qvæ in Germaniâ esent superaturam ad-  
severaret, accipiebat omen sapientissimus Princeps , & ab eo  
tempore voluit esse sedem Musarum. Neqve caruit successu  
consilium i stud. Etsi enim ea Academiis aliis , si qva fortè  
externo splendore & amœnitatum diversitate magnificè emi-  
neat, laudem istam facile concedat, & in ejusmodi rebus ab  
illis se vinci animo æquo patiatur ; attamen disciplinarum  
omnium qvæ possesionem à primis suis initii retinet, ne-  
qve alio nomine magnificientius elatusqve se effert, qvam  
ubi studiorum officinam appellari se audit. Et stetit per  
DEI gratiam Athenæum hoc cum longinquitate tempotis  
hactenus incorruptum, & floruerunt in eo liberales discipli-  
næ etiam tūm, cùm libertate suâ fruinisci non omnino licu-  
it, ipsâ totâ provinciâ vel per invasionem hostium misere-  
vastata, vel per obsessionem viarum parùm securâ. Acce-  
dunt etiamnum & præter opinionem sæpè, qvi nostris fami-  
liares esse cupiunt Musis, qviqve gloriæ sibi ducunt, ad notiti-  
am primum nostram, deinde ad honorem pervenisse. Non-  
dum abiit integrum trimestre spacium, & nunc tertium in-  
publicam cathedram sistimus Candidatum, Virum juvenem  
**Clarissimum, Dn. MATTHÆUM HENRICUM ALLIUM,** ex  
cujus studiis haud leve momentum gloriæ nostræ accessit  
Academiae. Idqve ne frustra dixisse videar, vitæ , qvam hu-  
cusqve produxit, rationem levi penicillo delineatam dabo.  
Natus est in urbe planè novâ, qvæ inter fodinas metallicas  
caput erexit nuperè, & JOHANNIS GEORGII nomen susti-  
net anno M DC LXIII. patre MATTHÆO ALLIO, Electo-  
ralium reddituum, qvos Steuras vocant, inspectore, Matre  
**ANNA SOPHIA FRANCA**, fœminâ suâ laude dignâ. De-  
derunt hi operam, ut pietate & literis, sine qvibus immane-  
quantum in rebus inane est, imbueretur suus hic filius. Neq;  
incal-

incassum. Purus enim & simplex animus purâ religionis aurâ afflatus rerum arbitrum DEUM agnoscit. Hinc virtutum omnium fundamentum, hinc semina constantis & incorruptæ pietatis. Literæ autem sapientiæ instrumenta sunt, per quæ homines nos esse primum agnoscimus: Mox ergo, postquam prima elementa sibi familiaria reddidisset, tenerâ adhuc & mustea ætate ad Doebeleñsium primum scholam, post paulo in Gymnasium Portense missus est, ubi se totum linguis & artibus humanitatis dedit, utrobiqve viros in informandâ juventute eximios, illic M. CHRISTOPHORUM WALRICHII, hic M. JOH. GEORG. LAURENTIUM, M. CHRISTOPH. FRANCUM, M. CHRIST. GUNTHERUM & M. MICH. ROESERUM summâ cum laude docentes per integros sex annos audivit. Tyrociniiis hisce ad virtutem & eruditionem enitens Lipsiam venit simul ac inceptæ studiorum telæ eo animo atque ardore fila submisit porrò, ac si paucos intra menses totum literaturæ ac eruditionis oceanum mente concludere ac emitiri vellet. Exhibuit se sub hoc schemate Dn. VALENTINO ALBERTI Viro celeberrimo, Fautori ac Amico nostro, quem veluti parentem coluit atque observavit noster, tūm & Dn. OTHONI MENKENIO Doctori insigni, & in morali disciplinâ planè singulari, cui utriqve suam in istis studiis peritiam se debere ingenuè fatetur, Jamque opportunum videbatur, ut ad Jurisprudentiæ studium proprius se applicaret, idque ut faceret, incredibilis quædam, & propè singularis vis ingenii eum excitavit, accurante in primis per domesticam informationem Dn. ANDREA MYLIO JCto disertissimo, cuius pluteis per integrum triennium adsiduus adhæsit auditor, eo quidem fructu, ut postquam ab eo discessit, & diutino jam tempore absfuit, lucernas ejus etiamnum oleat valde fragrantes. Nec tamen neglexit interim aliorum Scholas sive publicas sive privatas. Et in hoc enim partem

partem gloriæ ponit, auditorem se fuisse illustrium J<sup>C</sup>torum  
Dn. JACOBI BORNII Amici nostri cum observantiâ colendi,  
Dn. BARTH. LEONH. SCHWENDENDORFFERI, tūm &  
Dn. AUG. BENED. CARPZOVII, qvibus omnibus & maximè  
Dn. D. MYLIO ante nominato acceptum refert, qvicqvid in  
hâc arte præstítit hactenus ut fundamentum esset multo am-  
plioris structuræ animo jam conceptæ. Cæterūm cum ob-  
servasset Candidatus noster, parum sibi hodiè constare Juris-  
prudentiam, nisi ex triturâ fori, qvæ tamen lutulenta sæpius-  
culè est, aliquam subinde habeat accessionem, experiri & ipsam  
animo destinavit, ut nihil omnino adjutitiæ leges excolen-  
das faciens penitus ignoraretur. Adiit igitur tribunalia præ-  
eunte Dn. D. RIVINO Patrono causarum solertissimo, & ex  
jure manum conserere, atqve festucariam vim exercere cœ-  
pit, multo qvidem feliciori cum successu, qvām solent sutelo-  
si illi clamatores, qui dum se Cethegos & Publicolas vendi-  
tant, legesqve Romulejas devorasse gloriantur, causas latrant  
& corrumpunt jus magis, qvām ut miseris clientulis præsi-  
dio esse queant. His & aliis ingenii exercitiis Patronos sibi  
comparavit Viros de Rep. & Ecclesiasticâ & civili maximè  
meritos Dn. WOLFGANGUM CASPARUM MARTINI &  
Dn. ADAMUM CHRISTOPHORUM JACOBI chara mihi  
& sancta nomina, qvorum vel sola appellatio pro ambitiosissimo  
titulo esse potest, & sub eorum tutelâ feliciter adhuc  
rem agit, sibiqve de illorum benevolentia maximoperè gra-  
tulatur. Accessit insignis & planè singularis favor Electo-  
ralis in territorio Ossitiensi Præfecti Dn. JOHANNIS HEN-  
RICI HOEPNERI Amici veteris & cognationis vinculo mi-  
hi juncti. Viderat enimverò Candidatus noster, ingredi se  
oportere militiam in foro togatam, & hoc unicum superesse,  
per qvod vitam ad certam rationis normam dirigere posset.  
**Cum verò Lipsiæ obsessa essent tribunalia pleraque omnia,**

Ossiti-

Ostium elegit, cui suam fidem in disceptandis causis addiceret. Abiit ergo jam satis instructus, & palæstram se illic loci inventum haud frustra speravit. Recepit eum benignissimus HOEPNERUS suoque convictu dignatus est, quod putaret, non posse in alium collocari beneficium melius, præterquam in hunc nostrum, quem virtutis & industriæ ornamenta tam prolixè commendarent. Unicum restabat, ut assiduus iste labor, quem tot vigiliis impendit hactenus, honoribus, præmiis atque splendore enitesceret. Venit ergo ad nos, & ut ad honoris gradus tendentem suffragio nostro ne destitueremus, modestè petiit. Et verò talem se mox præbuit, tantèque promptitudine se Examinatoribus commendavit, ut ad ultetiora exercitia publica nullo repugnante admireretur. Ad proximum igitur diem Martis hora IX. in Auditorio JCtorum Orationem habebit, utrum Principes imperii quoad Reservata Imperatoris in punto reconventionis coram Austregis stare teneantur, quam ipsam eodem & sequentibus diebus hora II. post meridiem excipiet Lectio cursoria. ad l. 14. C. de R. V. cui instituto gemino ut præsentia vestrâ honorificè favere velitis officiosè & humaniter rogo, contestaturus vicissim quævis quâcunque occasione humanitatis officia. P. P. VVitteb.  
Dom. XXIII. post Trinit. Ann.

cl cl cl

XXCVII.

Ye 3447



Sb.

V317

03, 2001 6d,





